



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Vicarij generales, & Abbates commendatarij, Montis Virginis. cap. LIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

ginis cum Hugone Cardinali de Cypro, pro Abbatia S. Petri ad Aram in ciuitate Neapoli: & hæc permutatio facta est anno Domini 1430. ab eoque tempore Monasterium Montis Virginis gubernatum fuit per Abbates Commendatarios; Moriens autem Palamides sepultus est in cœnobio Montis Virginis retro altare.

Vicarij Generales & Abbates Commendatarij, Montis Virginis. Cap. LIII.



V 60 Lusignan, Iacobi Regis filius, Græcus Cardinalis Cyprius, primus Commendatarius & Prælatus XXIII. anno 1430. præfuit annis 12. obiit priuatus in Sabaudia mense Augusto anno 1442.

Gulielmus Italus, Cardinalis Cyprius vulgò dictus, Commendatarius II. & Prælatus XXV.

Ioannes de Aragonia, Ferdinandi Regis filius, Neapolitanus, Cardinalis Presbyter S. Sabinæ, Commendatarius III. & Prælatus XXVI. Obijt anno 1485. Romæ.

Oliuerius Carrafa, Episcopus Card. Sabinus, & Archiepiscopus Neapolitanus, Commendatarius IIII. & Prælatus XXVII. Hic abstulit corpus S. Ianuarij Episcopi Beneuentani, & martyris, ex monasterio Montis Virginis, & Neapolim illud transtulit. Obijt Romæ 13. cal. Februarij anno 1511. & ad Mineruam primum, deinde Neapolim translatus in cathedrali Ecclesia conditus est.

Ludouicus de Aragonia, Neapolitanus, Regis Nepos Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Commendatarius V. & Prælatus XXVIII. Hic anno Domini 1515. liberè Commendam suam resignauit in manus Leonis Papæ X. ea conditione, vt Monasterium Montis Virginis perpetuo vniretur Hospitali S. Mariæ de Annunciata, quod est in ciuitate Neapolis; quod cum fecisset, Rectores illius Hospitalis possessionem acceperunt eodem anno die 18. Decembris. Hisque peractis, obiit Ludouicus Romæ anno 1519. die 1. cal. Februarij & sepultus est ad Minernam.